



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

19. Executor notoriè contumax in officio, an vltra sit expectandus: &
propter moram lucro cadat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

no: vt patet exordina. tit post rub. ff. de tutel.

† Octauò, dominus episcopus legitimus, suc- 16
cedet executor, cum commissarius intra debi-
tum tempus non fuerit expeditus. Tempus
† autem debitum in legatis pijs videtur esse se- 17
mestre: vt in auth. de eccle. titul. § si autem
col. 9. in reliquis, erit anni tempus: vt l. nulli.
C. de episc. & cle. præterquam in legatis: quæ
sui natura annum tacitè transcenderent: qua-
lis est constructio ecclesiæ, vel hospitalis, seu
monasterij: arg. l. interdum, ff. de verb. oblig.
Sed † dubitari solet, quando dictum anni tem- 18
pus debeat inchoari? & Spe. in §. nunc aliqua.
versi. penul. putat, quod à tempore insinuatio-
nis testamenti: si causa est pia. Si verò est pro-
phana, quod à die aditæ hæreditatis. Verius est,
quod à monitione domini episc. quia cum nõ re-
periatur expressè decisum, stabimus iudicis ar-
bitrio: vt c. 1. de decimis. de offic. deleg. de cau-
sis. & l. 1. C. de iure. delib. † Ex quo infertur, 19
quod si est notoriè cõrumpax, quoniã bis vel ter
monitus, dixit nolle exequi, quod nõ sit vlterius
expectadus: vt c. 1. de iudi. & C. de tẽpo. appel.
l. fi. Item sequetur, quod si monitus bis, aut ter,
rech-

recuset exequi, maximè causam piam, quod perdat omne lucrum, quod ex ipsa voluntate suscepturus erat. Et vendicabitur per dominum episcopum cum fructibus medij temporis: vt in authen. de eccle. tit. §. si quis autem pro redemptione. & §. seq. & in Spec. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua versic. §. 8. queritur, in vers. legitimi.

20 † Nonò legitimus exequetur commissarius: si testamentarius malè fuerit executus, maleq; arbitratus. super quo Spec. in §. nunc aliqua versicu. quid si malè. tres refert opiniones.

21 Prima fuit † Roff. ex c. quintanallis. & c. veniens. de iureiuran. & c. cum in causis. de electione. quod episcopus non debet sequi eius arbitrium, sed factum tractare, & per se adimplere: vt l. pater. aliàs incipit quidam §. Papin. ff. de administ. tuto. l. vt gradatim §. 1. ff. de mune. & hono. & extra de arbit. c. olim.

22 Secunda † verò est opinio, quod predicta procedent, quãdo certum fuerit, quod commissarius malè fuerit executus. Sin autem sit dubium, putat recurrendum ad arbitrium boni viri. c. licet. vltra medium. de regularibus &

tran-